

mirari: stude humilitatem imitari: & sufficit tibi. Quid si & uirgo & humilis es: quisquis es magnus. Est tamen maius aliqd quod mireris in maria: scilicet cum uirginitate fecunditas. A seculo enim non est auditu: ut aliqua simul mater esset & uirgo. Quod si & cuius mater attendas: quo te tua super cius mirabili celsitudine ducet admiratio? Nonne ad hoc ut te uideas nec satis posse mirari? Nonne tuo imo ueritatis iudicio illa quae deum habuit filium super omnes etiam choros exaltabitur angelorum: An non deum & dominum angelorum maria suum audacter appellat filium dicens. Fili quid fecisti nobis hoc? Quis hoc audeat angelorum: Sufficit eis & pro magno habent quod cum sint spiritus ex conditione: ex gratia facti sunt & uocati angeli: testate dauid. Qui facit, inquit, angelos suos spiritus. Maria uero mater se agnoscebat: maiestatem illam cui illi cum reuerentia seruauit: cum fiducia suum nuncupat filium. Nec dedignatur nuncupari deus quod esse dignatus est. Na paulo post subdit euangelista. Erat iniquis: subditus illis. Quis: Quibus? Deus hominibus. Deus inquam, cui angeli subditi sunt: cui principatus & potestates obediunt subditus erat maria. Nec tantum maria: sed etiam Ioseph propter mariam. Mirare ergo utrumlibet: & elige quid amplius mireris: siue filij beignissimam dignationem: siue matris excellentissimam dignitatem. Vtrinque stupor: utrinque miraculum. Et quod deo femina obtineret: humilitas absque exemplo, & quod deo femina principetur: sublimitas sine socio. In laudibus uirginum singulariter canitur: quod sequitur agnum quocumque serit. Quibus ergo laudibus iudicis dignam: quae etiam praeter: Discere homo obedire: discere terra subditi: discere pulvis obtemperare. De auctore tuo loquens euangelista: & erat, inquit, subditus illis, haud dubium quam maria & Ioseph. Erubescere superbiere cinis. Deus se humiliat: & tu te exaltas: Deus se hominibus subdit: & tu dominari gestiens hominibus: tuo te preponis auctori? Vtinam mihi alio quando tale aliquid cogitanti: deus respondere dignetur: quod & suo increpando respondit apostolo. Vade, inquit, post me fathana: quia non sapis ea quae dei sunt. Quotiens enim hominibus praesse desidero: totiens deum meum praesse contendo: & tunc uere non sapio ea quae dei sunt. De ipso namque dictum est & erat subditus illis. Si hominis deus homo imitari dedignaris exemplum: certe non erit tibi indignum sequi auctorem tuum. Si non potes forsitan sequi eum quocumque serit: dignare uel se qui quo tibi condescendit. Hoc est si non potes sublimem incedere semitam uirginitatis: sequere uel deum per tutissimam uiam humilitatis. A cuius relictudine si qui etiam de uirginibus deuiancerint: ut uerum fatear nec ipsi sequitur agnum quocumque serit. Sequitur quidem agnum conuinquatus humilis: sequitur & uirgo superbus: sed neuter quocumque serit: quia nec ille ascendere potest ad mundicam agni qui sine macula est: nec is ad eiusdem mansuetudinem descendere dignatur: quia scilicet non coram tondeute: sed coram occidente se obmutuit. At tamen salubriorem eligit sequendi partem in humilitate peccator quam in uirginitate superbus: cum & illius immunditiam sua humilis satisfactio purget: & huius pudicitiam superbia inquinat. Sed felix maria cui nec humilitas defuit nec uirginitas. Et quidem singularis uirginitas quam non temerariu sed honorariu fecunditas: & nihilominus specialis humilitas quam non abstulit: sed extulit fecunda uirginitas: & incomparabilis prorsus fecunditas: quam uirginitas simul comitatur & humilitas. Quid horum non mirabile: quid non incomparabile: quid non singulare? Mirum uero si non haesitas in eorum ponderatione: quid tua iudices dignius ammiratione: utrum uidelicet potius tu pondera sit fecunditas in uirgine: an in matre integritas: sublimitas in prole: an cum tanta sublimitate humilitas nisi quod indubitate horum singulis praerferenda sunt simul cuncta: & incomparabiliter excellentius est atque felicius: omnia percepisse quam aliqua. Et quid mirum si deus qui mirabilis legitur & cernitur in sanctis suis: mirabilem se

exhibuit in matre sua: Veneramus ergo coniuges in carne corruptibili carnis integritatem: miramus etiam uos sacrae uirgines in uirgine fecunditatem: imitamus omnes homines dei matris humilitatem. Honorate sancti angeli uestri regis matrem: qui uestre adoratis uirginis prolis: ipsum utique nostrum pariter ac uestrum regem: nostri generis reparatorem: uestre ciuitatis instauratorem. Cuius apud uos tam sublimis inter nos tam humilis: a uobis pariter & a uobis datur & dignitati debita reuerentia: & dignationi honor & gloria: in secula seculorum. Amen.

Explicit homilia prima. Homilia II. unde supra.

Nonnum quidem canticum illud quod solis dabitur in regno dei cantare uirginibus: ipsam uirginum reginam cum ceteris imo primam inter ceteras esse canituram: nemo est qui ambigat. Puto autem illam praeter illud quod solis licet cum omnibus tamen uirginibus ei ut dixi commune erit: dulcior quodam atque elegantiori carmine laudificaturam esse ciuitatem dei. Cui utique dulcisonos depromere uel exprimere modulos ne ipsarum quidem uirginum ulla digna inuenitur: quia soli merito decantandum seruabitur: quae sola de partu & partu diuino gloria. Gloriatu dixerim de partu non in se: sed in ipso quem peperit. Deus siquidem deus enim est quem peperit: matrem suam singularem in caelestibus donaturus gloria: singulari in terris praecurritur curauit & gratia: quae uidelicet ineffabiliter & intacta conciperet: & pareret incorrupta. Porro deum huiusmodi decebat natiuitas: quae non nisi de uirgine nasceretur. Talis congrebat & uirgini partus: ut non pareret nisi deum. Proinde factor hominum ut homo fieret: nasciturus de homine talem sibi ex omnibus debuit deligere imo condere matrem: quale & se decere sciebat: & sibi nouerat placitum. Voluit itaque esse uirginem de qua immaculata immaculatus procederet: omnia maculas purgaturus: Voluit & humile de qua mitis & humilis corde prodiret: harum in se uirtutum necessarium omnibus, subleuandumque exemplum ostenturus. Dedit uirgini partum: qui ei iam ante & uirginitatis inspirauerat uotum: & humilitatis praerogauerat meritum. Alioquin quomodo angelus eam in sequentibus gratia plenam pronunciat: si quod iam uel parum boni quod ex gratia non esset habebat? Vt igitur quae sanctum sanctorum coconceptura erat pariter & partitura: sancta esset corpore, accepit donum uirginitatis: ut esset & mente: ornata & humilitatis. His nimirum uirgo regia: geminis uirtutum: geminoque mentis pariter & corporis decore praefulgida: specie sua & pulchritudine sua in caelestibus cognita: celi ciuium in se puocauit aspectus: ita ut & regis animum in sui concupiscentia inclinaret: & caelestem nuntium ad se de superis educeret. Et hoc est quod nobis hic euangelista commendat: cum angelum perhibet a deo destinatum ad uirginem. A deo inquit ad uirginem. a caelo ad humilem: a domino ad ancillam: a creatore ad creaturam. Quanta dignatio dei: quanta uirginis excellentia: Currite matres: currite filiae: currite oes qui post eam & ex eam & parturimini cui tristitia & parturitatis: adite uirginale thalamum: ingredimini si potestis pudicium fororis uestre cubiculum. Ecce enim deus mittit ad uirginem: ecce affatur angelus mariam. Apponite aurem pariter: auscultate quid nunciet ei si forte audiat unde consolemur. Latere pater ad eam: sed magis tu, & eam mater exulta: qui sicut omnium parentes: ita omnium fuistis percussores: & quod infelicis est: prius percussores quam parentes. Ambo inquam consolemini super filia & tali filia: sed illa amplius de qua malum ortum est prius: cuius opprobrium in omnes pertransiit mulieres. Instat namque tempus quo iam tollatur opprobrium: nec habeat uir quid causetur aduersus foemnam: qui utique dum se imprudenter excusare conaretur: crudeliter illa excusata non cumctus est dicens. Mulier quam dedisti mihi: dedit mihi de ligno & comedi. Propterea curre eam ad mariam: curre matrem ad filiam: filia pro misere nideat: ipsa misere opprobrium auferat: ipsa pro misericordie satisfaciatur: quia ecce si uir occidit.

Opera Bernardi. a v

Luc. 2.

Psal. 103.

Luc. 2.

Apoc. 14.

Matth. 16.

Genesis. 3